



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786

VD18 90119347

§. 19. Festiva solemnitas ob elevatum S. Agilolsi Corpus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

,prædictorum erga divini servitii deco- Sæc. XVIII.
„rem meritis , in Domino conspicimus A. C. 1737.
„salubriter expedire“.

§. XIX.

*Festiva solemnitas ob elevatum S.
Agilolfi Corpus.*

Colonia Agrippina, inter plurima alia
sacrarum exuviarum deposita, qui-
bus cumulatissime abundat, corpus
etiam possidet S. Agilolfi, seu Agilul-
phi, qui a S. Bonifacio ex Anglia in
Germaniam ad prædicandum Christi
Evangelium adductus, atque in Mo-
nasterio Malmodariensi monasticam vi-
tam professus, primus Abbas, postea
Coloniensis Archiepiscopus renuntiatus
est, ac demum, cum Christi fidem
strenue annuntiaret, circa annum Do-
mini septingentesimum decimum septi-
mum, ab impiis crudeliter interemptus
ac martyrio coronatus multis miracu-
lis claruit. Corpus ejus, quod in Ec-
clesia S. Laurentii, Malmodariensi Cœ-
nobio contigua sepultum fuit, S. An-
no Coloniensis Archiepiscopus argen-
teo Sarcophago e præfato Monasterio
Coloniam & in Cœnobio suo ad Gra-
dus Mariæ die nona Julii reposuit. Hu-
jus Sancti Martyris cultus ob creberri-
ma

Sæc. XVIII. ma prodigia indies augebatur, qui te
A.C. 1737. men postmodum lapsu fortasse tempo-
ris, ut in rebus humanis ac præcipue
in Religionis fervore, evenire non
raro solet, in illis locis vel tepide per-
severabat, vel omnino intermitteba-
tur: Quorumdam tamen Archiepisco-
porum pietas, ac Dei sanctorumque
cultum promovendi studium Sancti hu-
jus Martyris venerationem sensim pri-
stino aut meliori saltem splendori redi-
tuit, ac præceteris Clemens Augu-
stus Bavariæ Dux & Archiepiscopus
atque Elector Coloniensis hoc anno ni-
hil prius habebat quam instituere sole-
nem hujus Divi translationem. Ra-
res, si quo unquam, solemnissimo
cum triumpho acta est. Præfigebat-
tur dies nona Julii, primæ ejusdem
translationis anniversaria, qua Archie-
piscopus Pontificio habitu insignis cum
universo Clero & Notariis ad sepulture
locum processit. Remota humo occur-
rit primum tumba sex ferme pedes lon-
ga, ob nimiam vetustatem a rubigine
& carie adeo consumpta, ut vix con-
tacta in pulveres & limaturas pene de-
fineret. Hæc capsa cum S. reliquis
ibi repertis omni circumspectione
debita reverentia, accensis cereis
sublata est, atque in novam ex argento
affabre elaboratam tumbam reconditæ.

ac obserata ad Collegialem Ecclesiam ^{Sæc. XVIII.}
S. Mariæ transferenda erat : Quo fa- ^{A.C. 1737.}
cto Sacer incessus principium habuit.

Pompam ducebant sacræ Sodalitates ,
quas sequebantur utriusque Cleri Sa-
cerdotes in suas classes distincti : Exin-
de post Crucem auream Archiepiscopa-
lem Canonici Metropolitani , & Colle-
giati atque Abbates & Præpositi in-
cedebant, tandem aderant ipsæ Sacræ
reliquiæ in pretiosa tumba reconditæ ;
cui oneri octo Ecclesiastici humeros sub-
misere : Clausit sanctissimam pompam
ipsem Archiepiscopus atque Elector ,
Pontificali splendidus ornatu , ejusque
latera stipantibus octo ephebis , ingens
a tergo tum domesticæ Aulæ , tum
Curiæ , ac peregrinorum & prope in-
numera civium multitudo , in pia vota
& plausus ardentium . Denique Ar-
chimysta Sacris operante , & hymno
Ambrosiano solemniter decantato hic
dies festivissimis modis exactus est.

§. XX.

Res Gallicæ.

Nec hoc an. magis quam anteā pacatus
erat Franciæ status ; cum enim
Quesnellistæ Episcopos , omnesque ,
qui Sedis Apostolicæ auctoritatem , ei-
Hist. Eccles. Tom. LXXV. Kk que